



DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> XIX.  
 ET ULTIMA,  
 M E D I C O  
 PRACTICA,  
 INQUA EXPONITUR  
*CONSTITUTIO ANNI 1733. CVM MORBIS*  
*ab ipsa pendentibus Palme Balearium;*  
 OBSERVATA  
 A D. D. JOSEPHO  
 GENOvard,  
 MEDICO MAJORICENSI, ET REGIÆ  
 HISPALENSIS SOCIETATIS  
 SCIENTIARUM SOCIO.  
 PRO OEMIUM



UEMADMOLUM morbi plurimi suos  
 temporum mutationibus natales debent,  
 ut aphor. 1. se<sup>t</sup>. 3. docet Hip. ita etiam  
 varia ægritudinum incrementa, vel decre-  
 menta, eventus, habitum, & terminatio-  
 nes diversas, ætatum, idiosyncretia numque  
 commoda, atque incommoda, tempensta-  
 tes anni producunt; ut in variis ejusdem libri sententiis  
 ma<sup>z</sup>

magnus idem Cous commonstrat. Eapropter artēm Medi-  
cam colentibus, temporum constitutiones scitu, & cogni-  
tu necessarias dicit, & præcipit in pluribus locis, obse-  
cundante Galeno: adeoque solertissimæ Hispalensis Regiæ  
Societatis in Medicinam excolendo, bono publico con-  
sulendo, ac saluti communii prospiciendo consuetudinem  
tanquam utilissimam, nemo non demirabitur; sapientissi-  
morumque Græcorum æconomiam, unico hujuscæ Socie-  
tatis Spiritus afflatu, in Hispania redivivam quicunque  
prospiciet. Ut igitur tam laudabili Academicò Instituto,  
atque iussi obtemerem, pro meārum viriū imbecilli-  
tate, simul atque temporis angustia, anni 1733. tempe-  
riem, tempestatumque vicissitudines cum morbis ab ipsis  
pendentibus exponere non verebor.

## HYEMIS OBSERVATIO.

**I**Neunte Hyeme, interdiù leviter spirante Aquilone, no-  
tum etiæ prolabente pruinâ (cum multò anteà per to-  
tum fermè Autumnum præter solitum morem copiosi, &  
frequentiores imbræ ab Austro tunc regnante exurgen-  
tes, aëtem, atque corpora nostra humidiora reddidissent)  
febres catharrales infantes epidemicè infestare coeperunt,  
cum buccarum uberi serosa illuvie, raucedine, summa  
inappetentia, doloribus in scrobiculo cordis, ventris rugi-  
tu, & interdùm lumbreis ano, & cato excretis, totius  
corporis per intervalla phlogosi anhelitus difficultate, an-  
xietate, cum crebriori, & vehementiori tusso, aliquando tamen  
alto sopore detinebantur. Protenso ad decimum quartum  
circiter vigore, superveniente verò dein exreatu mucoſæ ma-  
teriæ, sensim ad salutem properabant quamplures, cum non  
pauci in fine primi, vel secundi stadii lethaliter convelleren-  
tur, vel suffocati interirent. Attamen Pueri non ita ac  
infantes, ut plurimum afficiebantur; licet enim permulti  
ferinâ tusso laborarent, febris tamen vel nulla, vel mi-  
tior advocabatur; proindeque minus male habebant. Pro in-  
fantum curatione absolvenda, in primis lenientia, be-  
chica, elysteres laxantes, unamque, vel alteram sanguinis  
missio-

missionem, prout ætas terebat, & vires sinebant, atque phlogosis astuatio, & difficultas respirandi exigebant, præscripsimus; reliquis vero temporibus (per paucis exceptis, quibus, naturâ monstrante viam, lenia sudorifica exhibuimus) catharticis laxantibus, emeticis, & bechicis omnibus indicationibus satisfecimus, dum Pueris emetica forlummodò opem tulere.

## ÆTILOGIA.

**U**T flante Borea, ad omnia fermè munia obeunda corpora nostra alacriora reddantur, ut Hip. aphor. 17. scđt. 3. & Galen. in comm. testantur; quia tamen est modus in rebus, ultra quem earum, quæ nos afficiunt rerum non naturalium restitudo consistere nequit, eapropter inquirere oportet qua præternaturali modificatione aër à Septentrione agitatus, febres catarrhales in nostra regione pueris, ac potissimum infantibus infarre potuerit?

Meminit jam anteà Hip. aphor. 13. lib. 3. Hyeme autumnum pluviosum, & Australem in sequente, catarrhos fieri: sed cur isti, & catarrhales puerorum febres memoratae, sic expendo.

Inchoante Hyeme, necessum fuit, stagnantibus aquis, & à superficie terræ humiditate multum foeta, solo liquidi motu plures emergere particulas, aut moleculas exilissimas; sed multò plures, favente per diem calore Solis, vibracionem, aut revolutionem singularum circa proprium centrum, atque etiam varias ab inferioribus corporibus exhalationes expirare, & in aërem insilire; ac deinde inferioris aëris pondere trudi, & sutsim ferri, donec ad eam Atmosphæræ regionem pervenirent, in qua circumfluus aër ejusdem in specie gravitatis fuerit cum illis. Sed quoniam tunc temporis breviore Solis super horizonte mora, aëris, ac terra parùm incalueret, idecirco statim ferè post Solis occasum aëris refrigerabatur, adeoque densabatur; & tamen qui nos ambibat aërem, multa humiditate perfusum observabamus; quod à vaporibus non multum elevatis, & una cum halitibus illapsu coëuntibus eruendum;

magis verò abscedente Sole , vapores , & halitus sublimiores subsidentes , & particularum incursu feso congentes sub specie rotis decidebant , donec aëre frigidissimo facto concrescentes , ac rigescentes , in pruinam manè facerent.

Cæterū , quia præcedenti tempestate Auster infernè sursum per plures dies spiravit , fieri debuit , ut maxima effluviorum copia superinè evecta , totam terram Atmosphærā repleret , corporaque omnia tum animantium vegetabilium , multorumque mineralium , iis vaporibus , per hiantia spiracula absorbentia à Kelio dicta veluti tot cuneis laxarentur , multoque latius perfundentur : cuius quidem rei ( omnis vegetabilium , hygiometrorum , & mineralium dimensionibus in quaunque Australi constitutione id genus sensibiliter auctis ) ad institutum fidem faciunt illi qui post decubitum per noctem in loco paludosō , manè toto corpore cedematosi surrexere .

Non autem credendum sola ab extra ad intus susceptione , in animalibus peripheriam magis protendi , membraque in ambitum extendi ; licet enim particulæ aqueæ , per memoratos poros , quibus tota cutis pervia est , in vasa lymphatica poris illis lateraliter hiantia sensim insinuantur , indeque successivè in sanguinem transferantur ( quod insuper comprobatur experimento Ruischii , qui juvenem unica tantum nocte octodecim uncias humoris per corporis habitum attraxisse , nocturno , & matutino corporis pondere invicem collato , observavit ) intumescunt tamen potissimum , & sapissimè animalium corpora , quia humoris per canaliculos cutaneos , confiniumque partium vascula , imminuta pressione externa ob levitatem aëris ambientis , uberiori rivulo fluant ; ac etiam , quia aëris humoribus immixtus , sua elasticitate magis rarescit , & expanditur ; hinc carnis intumescens , quæ in cucurbitulis Chvrurgorum observatur ; hinc Amphibiorum inflatio in machina Boilliana , ubi exhaustur aëris : interim etiam aëris dilatatione fit , ut pomum vetustate corrugatum , ac contractum , si recipienti indatur , & dein ope antlæ extrahatur aëris , majorem molem acquirat , & rugis oblitatis , pristinum lævorem recuperet .

Ex superioribus etiam liquet quanta postmodum ad Hyemis initium inducta fuerit aeri gravitas, tunc frigore, & densitate, tum halituum; & vaporata concretione, internaque protrusione, ac subfidentia & tandem iniquentia Aquilonis aitatu, cuius latione superne de aëris, gravitatis nūsum augeri necessum est; ut aëcentius Mercurii in Barometro ad 28 pollices, & ultra ad amissim ostendit, & observationes D. Mariotte, aliorumque pluriū confirmant.

Cum ergo anteā spirante Netho, aëre quantumvis effluviis refeitus, valde levis facerit, cù nū capaces illi plures in his, quam materiae interant, & at luxu. Autem gravitatis nūsus eōē ceatur, ut Barometrus per Mercurii ad 26. polices deprehensionem comprobat; & iniquens est universam instantium peripheriam, tacta tempestatis mutationes, magis premi extēnē introitum, pondere duorum digitorum Mercurii pondus aequante.

Nec putet aliquis, ponitus istud parū duraturum una ex parte, vaporum nempe adductione, quam scogulus efficit Boreas: non, inquam, ita evenit; quandoquidem Majoricam undique ambit mare Balearicum; proindeque vapores ē mari prope sito elevati in pruinam defabuntur, quæ noctu copioē decidebat; ac etiam intermissione venti à Septentrione expiartis factum fuit, ut columnā aëris eam altitudinem retineret, quæ ad eundem gravitatis effectum producendum necessaria est.

Ex memorato, de repente mutato, auctoƿe Atmosphæræ pondere, fibres catachales instantium dilucere non absonum est: tanto enim pondere fit, ut huius res, qui anteā spirante Netho, ad habitum corporis delati, per cutem, corpus reticulare, cuticulam, & panniculum carnosum, quā datā viā, circulabantur, flante dein Borea, auctoƿe ad diuīs Mercurii pollices aëris pondere, totius corporis superficies ita comprimitur, ut adeim trusionis motu ix appellere possint humores; proindeque ad centrum convergentes, brevius, rectiusque circulationis iter percurrent, ad cor frequentius accedant, ejusdem thalamos frequentius dilatent; quorum frequentioribus dilatationibus, frequentiores subinde contractiones juxta sympathiæ le-

leges accidere est necessarium: unde febris, pulsusque magni, celeres, & frequentes, ut fuisse in Dissert. de Feb. Afric. ostendi.

Quod autem universa infantum periphæria statuto pondere compressa, humores suum circulum mutant, uberiorisque ad interiora inant, ut febrem quo exposui modo valeant procreare, anxietates, präcordiorum angustiæ febri, aliaque pathemata, quæ simplicis aquæ tepidæ balneo immergi quotidie experiantur, luculentem probant: siquidem phænomena isthac difficultem in präcordiis liquidorum trajectum ominantur; nec ita difficile trajici debent, quin uberioris, ac celerius quam ante ingressum balnei ad interiora deriventur, qua proportione ab exterioribus abducuntur, subripiuntur, präpediuntur, atque intercipiuntur: non autem alia de causa humores ab exterioribus distrahuntur, ac revelluntur, quam ab aucta incumbentis aquæ gravitate, quæ austum, datumque aëris pondus non æquat.

Præterea toto corporis habitu sic pressio, universa humorum massa non diffatur; tum quia ad secretoria cutis organa non accedit; tum etiam quia glandulæ miliares conniventes, humoris secernendo, & admittendo in idonea sunt; proindeque insensibilis diapnoe coercita, & alcalica salia plurima, quibus scatet, in sanguine luxuriantia fermentativum motum augent; qui cum expansivus sit, in omnem loci differentiam humores cogit, ac consequenter in vasorum parietes arietando, eorum oscillationem angent, adeoque gemina ratione circulationem accelerant, unde etiam febris.

Quoniam vero aëris, qui inspirando puerorum laryngem, tracheam, bronchia, ac vesiculos pulmonares subibat, scabris salibus pluribus à pruina exhalantibus gravidus erat, membranam präfata respirationis organa obvelantem interius, stimulare consequens erat. Interim quoniam hæc membrana glandulis confestim sparsis, secerendo humoris bronchiali, ad dictas partes oblinendas dicato, contexitur, necessarium est, facto stimulo, ut lympham bronchiale, quā turgent, uberioris eructent, ac postmodum depletis glandulis, perspirationis humor retentus, una

unâ cum lymphâ bronchiali promiscuè secernatur, & per frequentius etiam contracta emissaria, in fistulam, & vesiculos confluant: unde tum pondere, tum acreuisse pulmonum irritatio, & hinc valida concitata per successivas concusiones facta expiratio, quæ tutis audit.

Ac ne quis dubitet perspirabilem humorem per partium respirationis incernicula cum bronchiali humore indiscriminatim secerni posse, diligenter notet, qui nephritidi superveniunt, vomitus urinosos, & interclusæ transpirationi diarrhæas serofas: sicut enim illi ab urina ob calculum retenta, in sanguine luxurianti, ac cum fermento stomachali in ventriculo secedenti fiunt; ita præstatæ diarrhææ ab humore perspirationis in colis abdominalibus secreto; & sicut ventriculus urina, & perspiratione intestina gravata, atque irritata, ad contentorum excretionem contrahuntur, ita etiam pulmones ad exoticam perspirationis colluviem excreandam, fortius, ac frequentius constringuntur: unde violenta expiratio, & tusis humida.

Sed quia (ut monitum extat) præcedens constitutio, solida, & liquida inundavit, factum deinde fuit, ut serofalatice non expirato, per tonsillas, columelam, parotides, linguales, cæterasque buccarum glandulas salivales, cum serosa saliva in ore ubertim prodirent. Hæc copiosius deglutita, & cum lympha œsophagea, eadem labe infecta, in ventriculum illapta, ejusdem tonum sensim labefactavit, & luxuriantे sero, fermenti stomachalis energiâ castrata, inappetentia supervenit, ac etiam indigestio, quæ dolorem scrobiculi cordis pariebat, ventriculique anxieties efficiebat.

Cum igitur primæ coctionis vitium à secunda non emendetur, in intestina confluens saburra, enervatis secundæ digestionis fermentis, putrefacti à corruptione turgens, bullulas aereas contestim dimit: quæ in unum locum adunatae, & coercientibus claustris contestim relaxatis, pernici motu per tubi intestinalis notabilem tractum cum murmure agitantur; unde conclusi borborygmi, seu ventris rugitus.

Tantâ chylopeorum fermentorum, organorumque digestioni

gestioni famulantiam pravâ imbecillitate, seminia verminosa indomita, vermes posthac exerebant.

Per intervalla febris exacerbatur; quod cacochyliæ in sanguinem tranfluxui adscribendum; uti phlogosis, organicæ fermentationis rarescentiæ, & circulationis impetu; quarum momentum, prementis Atmosphæræ pondus superabat; donec subiectâ cacochyliâ, ejusdemque influxu intermisso, circulationis, & fermentationis vehementia remitteretur.

Alto sopore detinebantur languiduli exacerbationum tempore incompositâ ratione, tum compresssi emporii à sanguine per cerebrum uberius, ac celerius provoluto, tum laxioris ejusdem compagis ab extravasato sero perspiratorio.

Ast verò, quia voces inter expirandum ab aëre concentatiū, fortiusque à pulmonibus emflo, ac laryngis cartilaginibus tensis, elaticis, vibratilibus illito, artificiose modulantur, dum glottidis rima ita arctatur, ut prodiens spiritus, magnâ perniciitate aestus, tremulis vibrationibus quassetur, futurum est, ut catarrhalis decubitu, laryngis cartilagini laxatae, non ita vivide vibrantur ab impingente aëte, isteque non adeò valide reperiuntur, ac tremulis undulationibus cieantur, ut glottidem celerius pertransiens, sonum acutum edat; quinimò per hiulcam rimam pro data minori constrictione, lentius, & uberius proiliens, graviorem somnum efformet; unde, vox rauca.

Anhelitus difficultas, cruentem in pulmones uberius, & celerius irruentem, catarrhalemque humorem vesiculas, extremaque bronchia infarcientem portendit. Eapropter in statu, concoctæ materiæ faciliori excreatu superveniente, ad salutem properabant infantes complures; quia pulmones ab infarctu se expediebant, & liberiori aëris ingressu, sanguinis circuitui favabant.

Ideò respiratio est functio ad vitam absolutè necessaria in homine in lucem edito; quia illius ministerio sanguis à dextro in sinistrum cordis thalamum per pulmones truditur: proindeque vivere non possumus, si respiratio deficiat, vel magnoperè minuatur: hinc enim intercepto

cepto sanguinis circulo per pulmones, necessum est subsistere cordis motum, qui cruoris à dextro sinu in pulmones expunctione, & ejusdem in sinistro specu à pulmonibus receptione petennatur.

Quòd autem respiratio ad talem circulum promovendum absolutè requiratur, ex respirationis mechanismo liquet. Etenim quando in inspiratione musculorum inspiratoriorum opera attolluntur costæ cum sterno, & diaphragma proprio motu complanatur, & subsidit, thoracis capacitas in omnem dimensionem crescit; hinc pulmonum superficies externa à compressione libera fit, adeoque per apertam glottidem, totius Atmosphæræ gravitate pressus aëris confinis irruit in pulmones, ubi minor est resistentia, eodem prorsus modo, quo in antlam ingreditur aëris dum embolus retrahitur in machinam Boyleianam exhaustam, dum verticillum convertitur in folles, ubi alæ deducuntur: imò verò vi eadem qua aquam in antliis, Mercuriū in tubo Torrecilliano suspendet, aliosque effectus producit, quos Antiqui horroci vacui adscribunt.

Dum aëris pulmones permeat, mole, impetu, rarescencia, totiusque Atmosphæræ pondere, collapsas, stipatasque pulmonum vesiculas expandit; quæ dein sphæricorum corporum more, per minima puncta sese invicem contingunt, plurima relinquent intervalla triangularia, curvilatea; sive canales sanguinei reticulariter interjecti, qui anteā compressi, & contorti erant, exporriguntur, extenduntur, & à pressione liberantur: unde fit, ut sanguis, qui ob vesicularium, & reticuli vasculosi collapsum, anteā subsistebat, facile dein progrediatur, ut per venam pulmonarem ad sinistrum cordis sinum deveniat. Sed cum respiratio ex inspiratione, & expiratione invicem reciprocantibus componatur, expirationis commodum subinde mechanicè patet ex eo quòd in ea, dum costæ, ac sternum, tum proprio pondere, tum musculorum expiratoriorum actione subsidunt, diaphragmaque tum propria relaxatione, tum viscerum abdominalium impulsu, cum mediastini retractione incurvatum attollitur, totum pectoris angustetur, vesiculae tumentes, reticulusque turgens, compressionem patiantur aëris comprimentis æquilibriem, ac

reciprocam : unde aëris expulso , & sanguinis protusio: Verum enim verò inspirationem majus emolumentum conferre , adamussim ostendit D. HoKii experimentum , quo pulmones continuo folle distendendo , satis diù animalia in vivis detinentur.

Si igitur aëris deficiat , ut in Machina Boyliana , & aqua demersis ; vel in pulmones aditus denegetur , ut laqueo suspensis , & compluribus anginosis ; vel nimis levis sit , ut in cacumine Pici Thenerifæ Insulæ Canariarum , respirationem deficere , sanguinem in pulmonibus subsistere , cordis motum sufflaminari , & vitam suffocari , consequens est.

Ac perinde si vesiculæ pulmonales ita infarciantur , ut aëris proventus cohibeatur , vel ejusdem aëris nisus à contranitente , vesiculasque comprimente , prater modumque angustante sanguine , reluetetur , ac eludatur , animal suffocatum iri , quis non videt ! Ita sanè videtur non paucos suffocatos fuisse infantes , tum vesicularum pulmonium copiosioris lymphatico-alKalinæ illuviei , quæ in augmēto aderat , vel micoso-viscidæ circa statum luxuriantis , infarctu ; tum etiam earundem vesicularum , extremitumque bronchiorum angustia , atque pressu à sanguine uberiori , & celerius illabente , atque orgasmica fermentatione nimium rarescente.

Motus convulsivi , qui febricitantes invehendo , mortem portendebant , ut jam pridem notavit Hip. sect. 4. Aph. 66. ac etiam in Coacis , ex multiplici capite repetendi. Primò ex sero in basi calvariæ effuso , & nervos in sua origine inæqualiter comprimente. Secundò ex infarctu cerebri , & duræ meningis irregulari , geminas hasce potentias spiritus ad musculos amandantes irritante.

Serum enim in basi calvariæ effusum , ab arteriis inæqualiter micantibus , dura meninge oscillante , & cerebro concitante , continuò premi , & agitari necessum est. Ergo inæqualiter nervorum origines sunt comprimendæ. Ergo inæqualis liquidi cerebrosi ad musculos influxus futurus est ; unde motus convulsivi ; cùn isti nihil aliud sint quam alternata , & involuntaria muscularum contractio ab spiritu influxu procedens , ratione sujus membra obnoxie agitantur . Non

Non absimili modo in orgasmo febrili, particulae sanguinis heterogeneæ crassiores a primis viis suggestæ, dum circulationis ministerio ad caput feruntur, motus spastmidos producere debent: siquidem partes sanguinis tenuiores, quæ non irretiuntur à crassioribus, unico cordis iœtu arterias undique implent; crassiores verò obitant quominus cerebri, & durae meningis tubi arteriosi, quos subeunt, cordis systole æqualiter repleantur; quippe crassiores cordis impulsus non nihil oblistunt, seu minùs obsequuntur, & exiguae arteriæ pro ratione diametri plus solito reluctantur appellentibus crassioribus: hinc appellentem fluentum purpureum, per dicta vala inæqualiter distribui, & quæ introductæ sunt particulae crassiores, difficilius in venas migrare consequens est. Ergo inæqualis arteriarum dilatatio. Ergo inæqualis fibrillarum emporii compresio futura est: quam inæqualis spirituum ad musculos impulsus consequetur: unde motus convulsivi.

Pueri quantumvis catarro corriperentur, plures tamen febre carebant; & qui febre tenebantur, non tam vehementer, ac infantes sàpè numero experiebantur: siquidem, unum quodque recipitur ad modum recipientis; & prout corpus accrescit, crassiores, firmioresque fiunt vasorum parietes: adeòque magis obsistunt corporibus exterrè comprimentibus. Preterea, augescente corpore, augetur etiam cordis systole, qua liquida ad habitum corporis delata, validiorem nísum exercent in vasorum parietes: unde major contranitentia externa pressioni apponitur; proindeque non ita in pueris, ac infantibus repellebantur humores à partibus cuti confinibus, ut ad interiora magis derivarentur, ad febrem producendam modo, quo superius exposui. Idem esto judicium de transpiratione; quam pro altera febris causa adduxi.

Verumtamen pueri cruciabantur tussi præter propter ferina, eaque frequentissimè stomachali, quando catarrhalis materia in stomachum decidua, & ingentem spissitudinem adepta, sui visciditate ventriculi parietibus tenaciter adhærebat, ac tum mole, tum acredine orificium superius præsertim lacerfendo, tussim adeò vehementem, importunam, ac pertinacem accersebat, ut ultimam expira-

tionem edituri viderentur pueri. Hæc quidem materies, sui nidum sufficienter indicabat per anxietates, ac dolores in regione epigastrica sub scrofula cordis: consensus vero ventriculi cum pulmonibus, muscularis intercostalibus, & epigastricis, ex neurologia patet: inde planum est deducere puerorum tussim ferinam: quandoq[ue] idem, ventriculo dicta materia stimulato, spirituum refluxus ad cerebrum promovetur, ac exinde juxta sympathiae leges, uberior, celeriorque spirituum concitatur influxus ad pulmones, intercostales, & epigastricos musculos, qui expirationi efficienda primas tenent: unde tussis vehemens, & contumax; quæ vix cessabat, donec spontaneo accedente vomitu, & glutinoſo muco rejecto, ventriculi stimulus cessaret.

Sanctè testor, me ejusmodi tusses ferinas, & chronicas, ex stomacho oriundas, innumeratas observasse. Simili prorsus modo ferinas tusses frequentissime observatas refert Etmullerus Tom. 2. lib. 1. Sect. 14. cap. 3. art. 3. Et lib. 5. cap. 4. art. 23.

Et utut permulti, utcumque perillustres Medici, ex diaphragmatis convulsiva contractione, tusses importunas eruere conentur, innxi observatione solertissimi Bartholini, qui in vacca per annum integrum tussi laborante periculum fecit; & illæsis pulmonibus, jaculum diaphragmati infixum solummodo reperiit; illis tamen assentiri minime possum; cum tussis sit effectus vitiatae expirationis, qua promptius consticto pectore, aer è pulmonibus subito erumpit; subitanea vero diaphragmatis contractione, fit vitium in inspiratione inordinate, & sublultim facta; ratione cuius drepente protenso thorace, aer in laryngem celerrimè irruit, ac inter cartilagines illidens, sonum acutum, & fractum efformat, qui singultus dicitur.

Viros Physico-Anatomicos adeò celebres, in eum errorem incidisse censeo, quia judicarunt diaphragma contrahi, quando in fornicem elevatur versus thoracem. Ceterum hoc iudicium falsitatis facile convincitur, si solerti mente consideremus musculos omnes in contractione abbreviari, ac d'curtari proindeque diaphragma, quod musculus duplex est, eisdem legibus parere debet: quapropter aquabi-

æquabili fibrarum radiosatum nisu, media pars deoſum trahitur; ſicque abbreviatur, ſubindeque contrahitur; qui dicant ſterni, ac coſtarum, quibus annectitur, elevatione, quæ fibrarum radiosarum contractioni synchroha, & æquitemporanea eſt, majorem circumulum efformare; quandoquidem diſtarum coſtarum, & ſterni diductio parva eſt, ſi comparetur cum deſcensu, & complanatione fibrarum diaphragmatis.

Priæterea, cùm omnes corporis partes post mortem relaxentur, & diaphragma veſtis pectus incurvatum post mortem attollatur, ſequitur evidenter diaphragma non contrahi, ſed dilatari quando elevatur.

Quod de puerorum terina tuſsi statuere ſat egi, clarius eluceſcit, ſi ſedulò attendamus partem, in qua primum inchoatur irritatio, & quæ deinceps inſequitur lymphatica contractio, materiaque moleſtantis, non per tuſſim incipientem, ſed per vomitum inſequente eductio; qui obſtet experimentum tentatum à clarissimo D. Chyrae, qui moloflo ſolutionem ſublimati corroſivi bibendam præbuit, inceptoque vomitu, abdomen deſuper aperuit, ſtomachum extra cavitatem eduxit, nullo interim ſucceden- te vomitu; qui denuò fiebat, ubi ventriculum in abdo- men reponebat; & ſic deinceps repetitis ventriculi educti- bus, ceflavit vomitus; contra verò, iteratis repositioni- bus denuò ingruit. Non, inquam, obſtat; quia fallò con- tendunt diaphragma contrahi, ſeu complanari inter vemen- dum, ut ita ventriculus undique comprimatur ad ejicien- dum contenta, ex eo que ſatiuſ eſt deducere fibras ſolas ventriculi contractiles utriusque ordinis impares eſſe ad vomitum moliendum, ac inſuper epigastricorum contra- ctiones validas à laeſſito ventriculo lymphaticè uocari, eademeque contractions ventriculum comprimendo ne- ceſſarias fore ad vomitum ciendum; ſecūs verò diaphra- gmatis complanationes, ſeu conſtrictio-nes, quibus itus, re- ditusque per eſophagum præcluditur. Eodem prolixi modo contractions epigastricorum aliquantulum remiſſiores iis quibus vomitio excitatur, præfertim ſi ſuum ſymbolum conferant reliqui muſculi expiratorii, tuſſim producent, validas, atque festinatas expirationes promoverendo; rela- xato;

xato, ac in fornicem elevato diaphragmate; sic enim thoracis capacitas in omnem sensum deprivatur, ac pulmo magis quassatur ad contentum aerem citius emittendum modo, quo ad tussim requiritur.

Interim non inficias ibo pathemata ventriculum molestantia, diaphragmati nonnunquam impertiri, cum multoties obseruentur singultus remotè pendentes è stomacho, qui vicinia, & connexione diaphragma in consensum trahit ad singultum proxime producendum; sed tunc temporis non compatiuntur musculi expiratorii: unde mirus partium consensus.

Attamen tanta potest esse spirituum inordinatio in tussi ferina, ut diaphragmi etiam in consensum trahatur: in tali autem casu singultus tussi intercalatur, ut mihi pluries videre contigit, & nunc videre est in Religioso Dominicano septuagenario. Tussim etiam singultuosam ab Will. observatam vid. Tr. de mot. convuls. cap. 12. fol. 140.

Sed majori insuper boatu clamare videtur Bartholini Vacca, cui silentium imponere non possum, nisi per consensum diaphragmatis cum mediastinis, connexione, vicinia, & nervorum communione, & iisdem cum pleura, & musculis intercostalibus interioribus, quos inter expiratorios annumerio.

Ad congruam infantum Therapeiam stabilendam, quæ ex diaeta depromuntur, primum in usum advocavi, infantes in aere minus ponderoso, ac temperato collocando, ut ita tenellorum corporum peripheria minus pressa, respirationisque organis minus laccisitis, febri, catarchoque obviâ rem. Cæterum quantumvis aer pro caloris intentione gravitatem amittat, non nimis tamen incalescere oportebat, ne elatere desperito, vel saltum imminuto, inspiratio etiam minueretur, & sanguis in pulmonibus jam jam restignans, vesiculas, extremaque bronchia comprimens, ac etiam materia catarrhalis bronchia, & vesiculos infaciens, aeris in pulmones illapsuri vim eluderent, suffocationemque inducerent; quandoquidem, ut ex superiori dictis liquet, aeris elaterium respirationi exercenda necessarium est. Quippe aer frigidus in pulmones intrumpens, eorundem calore expanditur, & dilatatur tertia circis

circiter parte: unde crescit ejusdem aëris nisus in pulmones explicandos. Hoc palam commonstrant animalia, quæ ex calore, ac rarescentia nimia aëris, deliquio correpta, alacritati restituuntur, viresque resumunt, ubi frigidum spiritum ducunt. Eapropter multum damnandi sunt Medici, qui præcordiis æstuantibus, jubent cubiculum exactè claudere, ac accensis prunis incalescere ad sudorem prolicendum, vel tussim sedandam.

Hi equidem Medici humanam naviculam male gubernantes, & charybdim solummodo vitare intenti, in scyllam incident, ubi demerguntur, ac suffocati intereunt quotquot pulmonibus onusti, eorum curæ, ac directioni se se commisere. Hunc periculosisimum scopulum procul dubio effugerent Medici, si sedulò attenderent quæ passim minantur asphyxias iis, qui frigoris ergo in cubiculum conclusum, & igne calefactum numeriosiores conveniunt. Idem etiam incommodum experti fuere complures à relieto igne in cubiculo absque ullo tetro odore, aut fumo, ita ut postmodum aëre frigido expergefacti faterentur manè vigilantes, se suffocatos credidisse: & revera extincti reperti sunt multi, quos vulgus meritò suffocatos vocat: deficere etiam videtur permultis, si os, & nares sub stragulis recondunt, tametsi non intercipiatur omnimodè commercium cum aëre externo. Inumera porrò prostant experimenta pneumatica, quibus evincitur aërem calore in infinitum fermè expandi, dilatari, ac rarefieri: iisdem etiam luculenter domonstratur, aërem, qua proportione expandit, dilatatur, & rarefit, amittere vim suam elasticam, quæ causis ipsum comprimentibus æquilibris est. His concludere licet, aëris calore rarefacti vim elasticam hebetari, infringi, atque imminui ad pulmones ita inspiratione dilatandos, ut vitali aura liberè fruantur illi qui pulmones insontes habent. Quantò igitur magis, aëris calidus minus elasticus, ineptus erit ad pulmones pressos, & infarctos distendendos, unicuique judicandum relinquo.

Si impura corpora pleniori victu lœduntur, quidni, morbos infantes ab assiduo lactis suetu non abstinebimus? Certè vix capere possum, quomodo morbos acutos superare possint continuo lactis suetu, quod omnigenæ corruptioni

ptioni magis est obnoxium, quam cætera alimenta, quæ ad hys febricitantibus concedimus: idcirco tam lac sugentibus, quam ablactatis, diætæ leges observare imperavis illis modicum, temperatum, & optimum lac; istis vero jucula tenuia, & temperata tantum concedendo, non omisso cæterarum rerum non naturalium recto regimine.

Chirurgia miram opem tulit venæ sectione; quia humores ad interiora copiosius derivati, per ventrem, thoracem, & caput vix transvehi poterant; adeoque stases inflammatorias portendebant, ac imminebant; ad quas præcavendas, aut etiam evertendas, nullum præsentius auxiliū datur venæ sectione; cum ejus opè imminutâ humorum massâ, facilius præterlabantur liquida, eorumque orgasmus compescatur: unde minor in partibus hærentia, minor difficultas respirandi, minorque humorum motus, tum expansivus, seu fermentativus, tum progressivus, seu circulatorius: subindeque minus inflammationis periculum, minorque febris; ut satis diffusè probavi in Dissert. de Febr. Afric. Eapropter phlebotomiam repeterem imperabam, donec vasis sufficenter depletis, orgasmus febrilis, & pulmonum compressio remitterentur.

Pharmacia laxantium enematum subsidia exhibebat, non solùm ad fæces subducendas, verù netiam, ut putrilago superius impæcta majori motu vermiculari sollicitaretur, atque prolaberetur; siveque intestinis minùs compressis, sanguis liberius influeret in mesenterias arterias, ac etiam iliacas, quæ distento col, comprimuntur; proindeque sanguis per aortam descendenter copiosius fluere debet; eademque proportione minùs appellere debet in aortam ascendentem: unde minor sanguinis impetus in encéphalum.

Bechica etiam demulcentia pro immanni tussi comprehendit in usum prima venere in ablactatis dumtaxat; qui enim lacte nutriuntur, pretiosum bechicum sumunt. Ablactatis ordinariò erant tabellæ ex pulva radicis alth. cum saccharo confectæ, quæ ore diu conclusæ, lente volutatæ, & tardè dissolutæ, blando, viscoso, dulcique poppyスマte leniunt, edulant, inviscant, temperant, demulcenti non

non quia tabellæ dissolutæ, sensim pulmones subeant; sic enim incompescibilem tuism asciscerent; sed quia aërem, qui intermedium intipratur, diëtis qualitatibus afficiunt, siveque aët acceptas dotes respirationis organis impertitur. Eodem modo agunt succus glycithyzæ inspissatus, & reliqua, quorum numeroſa lylva jam mulierculis est nota: verumtamen integto die unciam unam transcendere non consentio; quoniam stomachum gravant, digestio- nem lœdunt, & vermes generant.

His sic institutis, ad purgationem totus intentus eram, antequam nimirum liquamina vitiola in primis viis nidulantia, laetiorum ora subirent: & ideo sic praescribebam.  
Recip.Syr.Ros. Vir. dracm.iii. Tart. Stib. solub. gr.iii.Aq.Cilnn.am.dracm.i.Card.Ben.dracm.iv. misce.

Hujus mixturæ dimidiam partem plū minus pro aetate ordinabam, & lactis suetum, ac jusculti assumptionem per horam unam protrahebam; nisi hoc spatio vomitus inchoasset; in quo casu jusculum leve copiosè bibendum jubebam, ut pleno gutture vomitio facilior succederet: quapropter juscum identidem propinandum, si vomitio perseveret: ubi vero duabus elapsis horis ab assumpto medicamento, non vomituros se præbebant infantes, nec cathartis incipiebat, cochlear unum, vel alterum medicamenti deniù propinare mandabam, & sic deinceps, donec optata vacuatio molitur. In eundem usum venit syrpus Glauberi Monspeli usitatissimus pro infantibus. His equidem hac methodo exhibitis, non solum ventriculi cœcochylia à depravata digestione orta, efficacissimâ operiâ, breviori, restringente via per œsophagum evacuantur; verumtamen quæ in ipsum ventriculum depluit perspirationis materia: ac insuper cum vomitio exerceri nequeat, ut probatum extat, quin musculi epigastrici validos nifus præsent, necessum est materiam catarrhalem pulmones infarcentem, multum premi, & agitari, ac favente œsophagi motu superne erecti, membranosa tracheæ partem in consensum trahere, uberioremque excretum producere. Syrupus etiam cichor. compotitus cum dupl. rhæo, vel cum Syr. Ros. Solut, cochleatim datus infantibus cathartis.

sim ciendo, opem tulit; præstantissimam verò quando vomis-  
tum simul prioritabat: quod infantibus multoties evenit.  
Attamen si ob magnam proclivitatem ad vomitum, da-  
tum emeticum sursum citius rejiciebatur, quin sufficiens  
quantitas ad intestina præcipitaretur, ut eorum exotica li-  
quamina per secessum educerentur, consilium erat ene-  
mate alvum sollicitare: quo irrito, vel non sufficienter  
operante, in sequenti die ad prædictos syrups purgantes  
confugiebam, vel pulverem Cornachinum ad scrupulum  
circiter dabam.

His desiderata purgatione expletâ, sæpiissimè allevia-  
bantur infantes; & sequenti die alkalia terrestria, vulgo  
absorbentia dicta, præscribebam; ut corn. cer. ust. corall.  
rub. præp. ebur sine igne &c. ad novum cacoxyliæ pro-  
ventum inhibendum, & salia sanguinis heterogenea nimis  
evoluta, intricanda, irretienda, ac involvenda; ast in  
laete nutritis, oculi cancerorum fluvialium primas tenent;  
nam lac à corruptione multum præservant.

Si verò post horum remediorum administrationem  
febris symptomatum consortio adhuc vigebat, nullum  
que sui exitum desideratum per spontaneam evacuationem  
præferebat, phlebotomiam denuò celebranda impera-  
bam, si primis viis mundatis, pulsus sat magnus, & va-  
lidus erat; secùs verò, si ventriculus, & intestina vitiosæ  
superstitis materiæ indicium dabant, cathartico-emeticum  
repetebam; cuius beneficio felicem eventum sæpiissimè  
observabam. Ratio quippe, & experientia notum faciunt,  
infantibus purgationem magis necessariam esse quam adul-  
tis, tum ob faciliorem lactis corruptionem, tum ob illo-  
rum bilis inertiam.

Quando autem natura conferentem quandam evacua-  
nem, sudoris putà (quæ rarissima erat) vel diarrhææ in-  
cipiebat, otiosum spectatorem me gerebam, vel auxilia-  
trices manus ipsi porrigebam, si incepturn opus non po-  
tentat consumare. Sed quia natura per vomitum à causa  
morbifica sese expedire sæpiissimè conabatur, quomodo  
per multas imperfectas crises moliebatur, idcirco vomito-  
rio medicamento tunc temporis adjuta natura, perfectam  
crisim absolvebat.

Nec convulsiones emeticum interdicebant; immo ipsum coindicabant praesentaneo adjumento, quando vasa sufficierter depleta erant; non solum primarum viarum formitem tollendo, verum etiam cerebri, & menyngeum infarctum discutiendo modo, quo dixi pro feb. Afr. Uno tamen casu emetica motibus convulsivis improbantur, quando scilicet, ob acutorem sensum partium respirationi famulantium, refluxus sympathici nimii sunt; tunc enim bechicis anodina miscebam, vel paregorica sola propinabam. Si vero lumbrici datis catharticis obstinate resistentes, & sensibus intestinorum tunicas mordentes convulsionis causa erant, liquore cornu cervi succinati incantamenti instar convulsio cessabat. Idem praestat dictus liquor ad guttas circiter sex cum modico syrapi appropriati datus, quando motus spasmodici spirituum diathesi vitijs ortum debent.

Quando multum imminuta febre, vel penitus cessante, mucus viscidus glutinosus faucibus, pulmonibus, aut stomacho tenaciter adhaerendo, tussim proritabat, sperma ceti recens (quod etiam in principio) syrpus scabiosæ, hyssopi, nicotianæ, oxymel squilliticum, succus raphani cum saccharo recenter expressus convenienter sunt usurpata; quia materiam incidendo, excretioni aptiorem reddunt; verumtamen, quia ejusmodi catarrhos interdum diu, & vehementer tussiendo, suffocari videntur cum totius corporis concussionibus, quin aliquid excernatur, ea propter cauto opus est, non solum materiam incidere, verum etiam diluere, partiumque contextum nimis tensum, opiatis relaxare, ne ita furibundè tussiendo crucientur, faucesque sic exsiccatæ, & calefactæ, ad appetenda frigida liquida stimulent, quæ tussim leviorem, & frequentiorem pariat.

Nec mirum videri debet, quod crassæ existente materia, opiate bechicis incidentibus maritentur; opiate enim materias inspissas ulterius non incrassant, ut vulgo creditum est: quandoquidem nullum datur ex universo vegetabilium, mineralium, & animalium regno mixtum, quod plurima salia alkalia volatilia contineat, quam opium; ut distillationis ministerio expertus est solertissimus

mus meus Magister D. Lazerma: unde hypothetica' opii trigiditas, & metasratio indubie corruit; proindeque quando tuſſes inanes cerebris, ac vehementius repetentes moderari volamus, opia sunt bechicis attenuantibus; & diluentibus miscenda: illorum quippe beneficio, partium compages n̄ mis tensa relaxatur, furibundæ tuſſes, ac etiam iungaltus p̄caventur, quin nucleus viscidus ineptior fiat excretioni. Prudentiae tamen leges hic mulum deiderantur, ne nimio opiatorum utu, solidâ minimè stimulentur, nec ullaenius moveri perilint ad materias è propriis clauſtris eliminandas, ubi sensim magis cumulata' inevitabilem stituationem inducerent.

Tandem quando bechica cujuscumque indolis opus explere minimè poterant, ut frequens erat pueris, quorum stomachus mucō glutinoso multū onus erat, emetica, faveute aqua tepida, liberalibus haustibus data, finem imponebant. At si jam pridem laboraverant, consilium erat stomachicis aromaticis labefactatum partium tonum roborare, ut coctionum munia melius peragerentur, omnisque recidivæ metus abigeretur. Hæc non nihil illustrati possunt sequenti observatione.

Perillustris vir sexagenarius temperamenti sanguincōbilioſi, lacertosus, hirsutus, robustus, solida multū terra, & facile irritabilia, fluida vero valde mobilia contingens, hyeme tuſſi ſicca pectorali fine febre, cum lumborum tamen dolore, qui futuronum pathematum prodromus, & praesentis plethorae individuus comes ſemper erat, correptus eſt. Sanguis pro more confeſtim, & ubertim detracitus eſt: dolor abiit, bechica ſaccharata, & muſcaginea tuſſi leniendæ ſumpsit; ſed omnia incassum; ferina ceti open tulit; pilulae verò de cynogloſo, ac etiam ſyripi diacodion per unum, aut alterum diem tuſſim compreſcebat; ſensim facta fuit humida, & magis ſaxiit; patiens namque uberrimè, ac vehementiſſimè tuſſiendo, pectoris, hypochondriorum, & ſerobiculi cordis doloribus cruciabatur; raro tamen viscida excrenebat: ubi verò potionem ex ſyripi pap. alb. unc. ſemis. aq. card. ben. unc. iii. pap. rhead. tantumdem, & naph. dach. iii. confeſtam abſque ſudore ſumebat, omnia per diem, & ultrà cella-

cessabant, ac postea comnodius expectorabat; remediis tamen pertiles patiens, omnibus valedixit, sitque indulgens emulsi. ex 4. sem. trig. frigidè haesit; ac interea catarrhalis materia ventriculum obfessit: juscule pectoralia, & attemperantia per novem dies præscripsi, ac in sequenti dissol. mannae cum tinct. rh. copiosè laxantis, multò melius habuit æger: postmodum melioris aëris fruitionis ergò, in montana abiit, frigidam magis babit, fauces, pulmo, ac ventriculus magis inviscabuntur, tussis sæviis dilaniabat: accersitus accessi, patientem tussiculosum valde reperi, atque singultuosum; non solum suffocandum, imò suffocatum credidi; convulsivâ enim factâ expiratione, nè minimum quidem spiritum ducere poterat. Mirum sanè! Spontaneo vomitu superveniente, suppetias quasi desuper missas persentiit; juscum sumpsit; sed non amplius vomuit; aquam tepidam liberaliter babit, & tussis vix audita fuit: paulò post per anum alblicantissimi viscidissimique muci ingentem copiam dejecit, per os subinde quasi simpliciter excreando. His ita quasi manu ductus, juscula tantum nunc cum, nunc sine spermate ceti per 24. horas concessi; deinde theriacam loco spermatis ceti addidi, & tandem per duos dies pilulas de succino præscripsi. Rebus sic gestis, tussis, superstesque singultus cum adstantium admiratione evanuere.

## VERIS DESCRIPTIO.

PERACTO pluvioso hyemali stadio, pluviostum subsequitur Ver, ob caloris, & frigoris vicissitudines quamplurimum inconstans, sed magis varabile circa principium Aprilis: quo tempore graviorunt febres ingenti laffitudine exordientes, ac nonnunquam tussi juvenes, non vero senes, nec pueros invadentes, & ad tres, vel quatuor dies terminantes: quo tempore sine Medico auxilio, sudore sèpè terminabatur. Hæc epidemia Palmæ ita universalis fuit, ut pauci juvenes ipsam fugerent. Per totum Veris spatium, plus solito pharmaca suas egerunt operationes, & maxima præmeditatione præscribebantur,

ÆTIO-

# ÆTILOGIA.

**Q**uandoquidem unicuique notum est hujusmodi morbos per universam Europam divagatos esse, ac è regione in regionem migrasse, verosimillimum videtur, ab aëre fuisse inventos. Cæterum, utut animantium corpora, quæ indigent aëris usura, pro primarum qualitatum temperie, vel intemperie, gravitate, vel levitate, atque elaterrio, salubriter, vel insalubriter ab ipso afficiantur; miteminimè accidet, à præfatis aëris modificationibus epidemicarum harumce febrium natalitia depromere. Cùm enim temporis spatio, quo à regione in regionem successivè migrando, plures incolas simul invadere, aér diversis, & oppositis qualitatibus tum primis, tum secundis fuerit præditus; consequens est à causis ita diversis, & appositis, eisdem in specie effectus provenire non potuisse: restat igitur, ut aliorum corporum particulis in aëre fluitantibus adscribantur.

Verum enim verò, quænam sint particulae, quas aér corporibus indidit ad febres producendas, difficile est statuere, cùm prima ejusmodi febrium origo, & soli genium ubi primùm illuxere, me prorsus lateant. Cùm autem aér sit universi area, per quam, veluti per cibrum, aliorum corporum virtutes, & vitia transfunduntur, istaque febres sub hyemis initium Germaniam, conterminasque regiones infestare cœperint, quo tempore, nec clades nota, nec stagnantium aquarum corruptiones fuere; necessum est, miasmata, sive à terræ sodinis, sive à novis telluris hiatibus, sive subterraneis fermentationibus ab ejusdem sinu expirantia, & in aërem infilientia, talium febrium causam extitisse: siquidem miasmata illa hominibus noxia, undecumque ortum traxerint, possunt è loco in locum transferri, seu plures percurrere regiones, aëris motu, seu ventis horizontaliter spirantibus.

Quia tamen figura, mole, ac superficie, effluvia illa aëre advecta, fuerint donata, ab effectu conjicere licet. Pro quo rimatis symptomatis, ingenti putà lassitudine, capi-

capitis dolore tensivo, & anhelitus difficultate, cum pulsu magno, celeri, ac frequenti, in principio febrilis insultus exemplò emergentibus, durationeque febris, una cum more perspectâ, quæ ephemeral legitimam, vel noctam, vel synochum simplicem æmulabatur; per exigua mole, oblonga figura, & scabra superficie fuisse donata, licet hariolari: cum enim particulæ id genus, ratione molis exiguae, facillimè sanguinem subeant, scabra superficie, ejus sulphura expandant, quo acidis facilius, & frequentius obviâ eundo, fermentationem intendunt, accirculationem accelerant, unde capitis dolor tensivus, anhelitus difficultas, & lassitudines, à musculorum, menynge, pulmonumque vasibus, fluento purpureo expanso, ac concitato, nimam distentis; inde etiam pulsus magni, celeres, ac frequentes: subindeque in iis, quibus faucium, & pulmonum interiora non multum oblinita, sed tensa, & exquisitiore sensu pollutia erant, ab inspiratis corpusculis aspera superficie donatis, tussim proritari consonum erat; sed quia harum febrium complures, unius diei curriculo sudore terminabantur, videtur eam causam divisioni fuisse multum obnoxiam; quod sanè corporibus oblongis, ac exilibus competit, cum ob longitudinem, corporum impotentium actioni multum pateant, & ob exilitatem vel levissimo impetu effringi possint; proindeque per incernicula cutis à sanguine sequestrari, & foras amandari: unde sanguinis brevissima depuratio, febrisque terminatio.

Aliquando tamen particulis ejusmodi sanguini affatim ingestis, vel cruce ad motum concipiendum magis comparato, febris vehemens accendebatur, quæ cerebro, & pulmonibus insidiabatur: at detracto sanguine, cerebrum, & pulmones minus urgebantur, ac validius oscillantibus arteriis, ita brevi subigebantur atterebanturque particulae heterogeneæ, ut tertio, vel quarto die, levissimo hydroticò sanguinem ad habitum corporis magis determinante, in glandulas miliares migrarent, unde per emissaria sensibili madore foras erumperent, & hinc febris resolutio.

Attentionem meretur benignitas, qua epidemicus iste aer Majoricentes invexit, cum eodem tempore vicinos Gotolanos ingenti strage trucidaret, atque etiam anteà Gallos, Italos,

Italos, & Germanos sœviūs exercuerit. Hujus discriminis ratio ex eo mihi eruenda videtur, quod miasmata illa per aera diffusa, vires a misere eundo, sicque regiones, quod ab effluviorum scaturagine magis dissipitæ erant, eo minus conspurcabantur; contra verò proximiores, magis inquinabantur.

Etenim terti halitus aëris gremio excepti, pluviis absterguntur, & immersuntur, radiis solaribus mundantur, & ventis scopariis disperguntur, ac everruntur: proindeque mihi videri non debet, si à Germania in Italiam, ab ista in Galliam, & deinde in Hispaniam percurrente miasmata, unius, vel alterius enumeratarum causarum accessu, vim successivè amiserint; specialiùs verò antequam Majoricam attingerent, centum sexaginta milliarum spatio à continente distante, necessum fuit, ut longum tractum maritimum transiendo, vaporum è mari profilientium concursu, superstites particulæ, multum dilutæ, ac hebetatæ pervenissent.

Quæ de miasmatum configuratione statui, non parum confirmantur ex eo quod juvenes potissimum afficerentur; ac etiam, quod cathartica plus solito deturbarent; istud enim sulphureæ bilis exaltatæ criterium est; exaltari verò, & expandi observatur ab effuso oleo tartari, cuius particulæ cum memoratis proximè conveniunt, & ex eodem luculenter demonstratur, cur juvenes biliosi, magis quam pueri, viri, senes, ac mulieres afficerentur.

## ÆSTATIS TEMPERIES.

PLuviosum, & inconstans Ver calidissima, & siccissima sequitur Æstas, saluberrima usque ad Augustum, quo tempore nonnullæ intermittentes febres diversæ speciei illuxere, quæ phlebotomiis, diluentibus, attemperantibus, & modicè aperientibus læpissimè curabantur.

# ÆTIOLOGIA.

**N**aturalis crux fermentatio ad humanæ œconomiaæ regimen absolute requiritur; cum circulatione, pari ferme paſtu procedit, ambæque ſibi mutuas operas præſtant.

Hæc naturalis fermentatio pendet à naturali partium, quibus ſanguis componitur, heterogeneitate. Si tliquid ſanguini indatur, quod à naturali heterogeneitate longè abſcedat, partium componentium ordinem notabiliter immutet, & ſanguinis compositionem invertat, præternaturalem fermentationem indè liquet exurgere. Hoc commonitat Chiturgia infusoria. Liquamina ergo id genus à primis viis, glandulis, vel aliundè affatim ſanguini ſuggeſta, ejus fermentationem ſubindè pervertere valent.

Patet etiam transfluxum continuum, continuò; intermittem verò cum intermissione ſanguinis fermentationem immutaturum, atque vitiaturum.

Vitiatur ſanguinis fermentatio vel intenſione, vel remiſſione; illa tebris cum calore eſt; hæc tebris cum frigore: quod ſi ab initio ad finem ſine ullo calore perduret, febris algida, seu caſtentis audit. Febræ algidas intermitentes pluries obſervavi; ſed heu! ſemel cum dilectissimi Parentis mei ad ſuperos diſcessu.

Chylus ergo, bilis, fermentum ſtomachale, intestinale, ſuccus pancreaticus, lympha, lac, ſanguis ipſe, omnesque humores recrementitii poſſunt eſſe cauſa febrium intermittentium.

Omnis humores recrementitii, ſanguini heterogenei fieri poſſunt, vel quia ab ipſo derivantur conſipurcati miſcella cujusdam humoris, chyli, v. g. vel quia in propriis colis morā exaltantur.

Sanguis etiam eodem patitur manes, ſi in parti- bus obſtructis, vel inflammatiſ diutiū hæreat. Cum ergo omnes humores recrementitii in colis depositi, ſanguini iterum ſuppeditentur, poſſunt per yices alterati ſanguis.

sanguini asportari, emidemque sanguinis fermentatio-  
nem per vices alterare. Idem esto judicium de sanguine  
retento, de luteo suppresso.

Determinatae requiruntur sanguini's fermentationes,  
ut materia heterogenea ipsi initillata tubigatur, atterat-  
tur, ac dividatur; determinata etiam requiruntur san-  
guinis circulationes, ut materia divisa, & attrita tibi  
confusa, in colis denuo deponatur. Si igitur sanguinis  
constitutio eadem sit, eademque cordis, & vasorum  
vis, eodem tempore accessiones duratura, quis non vi-  
det?

At si determinatae circulationes requiruntur ut suffi-  
ciens deinde copia humoris recrementitii, qui vehicu-  
li vices gerit, in colis tequefretur, ut materia he-  
terogenea iterum sanguini transportetur, consequens  
est, sanguine, corde, & vasis eodem modo se haben-  
tibus, accessiones eodem ordine, & eodem tempore  
ita redditas, ut horologium non magis regulariter in-  
cedat.

Ait vero, si vigiliis, animi pathematis, cetera-  
rumque rerum non naturalium modo, sanguinis con-  
sistertia, & fluendi modus varient, accessionum dura-  
titionem, ordinem, atque reculum variatum iri neces-  
sum est.

Necessaria consecutione etiam sit, materiam fe-  
bris intermittentium, tempore accessionis in sanguine  
continetis intermissionis vero spatio aliò recon-  
di.

Proindeque si singulis diebus tota sanguini sugge-  
rat, quotidianam; si alternis tantum, tertianam; si  
quaternis inclusivè, quartanam producit; dummodo  
accessiones duratione, ac vehementia symptomatum  
sibi respondeant; accessiones namque quotidie recur-  
rentes possunt esse tertianæ; ut saepe accidit, si tertio  
tantum die inclusivè ratione durationis, & magnitudinis  
symptomatum sibi respondent; & tunc duplicitis  
tertianæ nomine à Medicis indigitantur. Idem dicen-  
dum respectivè de duplice, & triplice quartana.

Quod fluidior est sanguis, fermentum tenius, ac  
dilu-

undiquoque paroxysmo, topitam, & superstitem in communis humorum massa materiam penes portiones exticari, & à compedibus expediri, ut deinceps unà cum subacto fermento febrili posset derivari ad celatoria, ubi subinde exaltata, novas suppetias in sequenti accelerationi praestaret.

Rustici, & laboribus attriti, sanguinis compagm strictionem ob nimium profulos sudores, & canaliculos emissariorum quasi arescentes, obtinere notum est: ergo venae flectiones, & diluentia multiplici nomine protutuia consonum est, tum educatione materiae in massa hospitantis, tum superstitis facilioris divisionis, collisione valorum, ac dilutione, tum denique emissariorum, cæterorumque canalium promptioris flexionis.

Verù menimverò, multò majus emolumentum præbet V. S. si in vigore paroxysmi fiat, tum quia non solùm evacuat portio materæ remota, verum etiam proximæ, & actuatæ, quæ tunc temporis in sanguine præsens valicè cum ipso luctat, & turbas excitat, quæ vigorem comitantur. Quidni igitur in vigore paroxysmi non erit secunda vena fortius quam in intervallo, cum fermentum febrile toto intervalli tempore extra vias circulationis restitet; in vigore vero totum in sanguine præsens, & exaltatum colluet? Et si vehementiori colluditacione fermenti cum sanguine in statu facta, rapidiusque circumducta massa, difficultas respirandi, acerbis capitis dolor, anxietates, aliaque symptomata satvit, quæ haemostasis portendunt, cur tunc sanguini parcendum? Cur fermentum præsens V. S. non expiscandum, & educendum? Cur lacescitur, & oppressis partibus principibus non opitulandum?

Cerè cùm omnes ex turbæ sanguinis orgasmò sint adscribendæ, V. S. nihil utilius excogitari potest; proindeque non protrahendum auxilium, quando æger in periculo versatur, aut sa tñ fatigere rixatur.

Nullum sat è præsertim auxiliū reperiri est V. S. in accelerationis vigore celebata, cùm illius ope im-

nuto sanguinis quanto, præprope è per universi corporis canaliculos liquida liberius traducantur; hinc jaestationes, anhelitus difficultates, cephalalgiae, cæteraque symptomata exemplò mitescunt; atque etiam liberiori facto in vasis spatio, potentius colliditur fermentum, sudor copiosior succedit, fermentum attritum uberrimè vacuatur.

Quando autem vitiosa cacochylia intermittenti fluxu sanguini suppeditata, intermittentes febres producit, emetica datis præcautionibus exhibita omnem absolvunt paginam. Idem etiam evenit, si in cujusvis colatori abdominalis ergastulo latitet materia.

In hoc autem casu, si fermentum, spreta colatorii pressione, quam emetica inferunt, non emungatur, præstat emeticum, vel cathartico-emeticum paullò ante invasionem propinare; quia tunc temporis, primis viis effundi incipit, vel effusione proximum est; adeoque facili opera à colatoriis exprimitur, totumque anno, & Kato eliminatur; ita obstinatas febres intermitentes solutas, imò quartanas chronicas viëtis omnibus remediis, auspicato terminatas vidi.

Si his irritis, obstinate recurrent accessiones, sacra corticis Peruviani anchorâ tempestivè intercipiuntur.

Ast verò, quia fermentum sopitum, non autem destruetum est, frequentes recidivæ ut plurimum molestant, & prophylaxis expetitur.

Ad hujus consecutionem plurimi advocantur auxilia ex aperientium, roborantium, & purgantium familia. Hanc facili marte sèpissimè obtinui sequenti pulvere.

Recip. Tart. Vitriolat. Scrup.i.Scam.à g.v.  
ad vii. Troch. Alh. gr. ii. misc. pro dosi, &  
f. pulv.

Qui cum rhodofacch. syr. de 5. rad. aper. vel conserva appropriata quinquies, vel sexies sumptus, recidivam præcavebat.

Juvenis 29. circiter annorum, à triennio quartana intermittenti laborabat; tentatis variis remediis breves

dilutiūs, eō frequentius massæ influit; & hinc quotidianæ; secus verò quartanæ, vel tertianæ.

Quotidianæ duplices, tertianæ, & quartanæ duplices fermentum inæqualis consistentia supponent; propterea quando tenues, & crassiæ particulæ simul sanguini infunduntur, accessionem longiorem, ac vehementiorem pariunt, contra verò tenuiores cum à sanguine multò ante, quād crassiores in colis depositæ, solæ in sanguinem transferuntur, mitiorem, brevioremque accessionem efficiunt; sed præ tenuitate ad crassiores pervenient, antequād à colatoriis egrediantur, & simul unitæ altero die, vehementiorem, & longiorem accessionem efficiunt in dupli tertiana. Idem suo modo sentiendum de quartanis, & quotidianis duplicitibus, vel triplicibus.

In principio Augulti nonnullæ febres intermitentes prodierunt: eo tempore jam diù ita viguerat astus, ut in thermometro florentino liquor pluries ascenderit ad 83. gradus, & ultra, cum elapso anno 77. gr. non transcedisset.

Tanta aëris caliditate, tenuitate, levitate, ac fermentissimo Solis æstu croris fermentatio augetur, circulatio acceleratur, illius sulphura expanduntur, & internus aér proprio elatere multum restituitur; hinc magna partium volatilium eductio, & heterogenearum in sanguine latentium extiratio. Hæ post aliquantulam subactionem possunt, vel sudore expirari, vel in variis glandulis sequestrari pro varia analogia, qua secernendis recrementis, plus, minusve assimilantur. In colis diutius commorantes, seu lentiū progrediētes exaltantur. Proindeque si in hepate, v. g. urā cum bile, vel in pancreate cum succo pancreatico fuerint derivatae, ad sanguinem citius, vel tardius reducentur pro varia bilis, vel succi pancreatici fluiditate, ac colorum flexilitate: hinc variae intermittentium species, accessionumque tragœdiæ; quæ enim citius colatoria pratergrediuntur, ut quotidianæ, horrorem tantum ab ingressu sanguinis inturunt; quæ verò diutius, rigores, pandiculationes, oscitationes, &c. səpissimè excitant;

quod à majori , vel minori materia heterogeneæ crastitie , majori , vel minori in colis mōra , adepta procedit.

Vetūmenimverò , utut sanguinem sua miscella ita inspissset , ut frigus , cæteraque phænomena , quæ in principio apparent , fermentationem imminuendo , vaileat procreare , invalescente tamen fermentatione sensim , ingens oritur lucta inter fermentum , & sanguinis massam ; unde calor , & reliqua symptomata , quæ augmentum , & statum comitantur . Sed quoniam in declinatione materia heterogenea fermentatione tubaœta , domata , & divisa circulationis ministerio in colis rursus deponitur , idcirco febris cum omnibus accidentibus sensim extinguitur .

Tamdiù durat sequens intervallum , quamdiù fermentum in colis coéretur ; ubi verò primis viis effundi incipit , ventris dolor , borborygmi , hypochondriorum intumescentia , nausea , vomitus , &c. elucessunt : unde per chyliferas vias in sanguinem denuò translatum , novam parit accessionem ; majorem , si fermentum ab humorum massa , vel à primis viis novum traxit subsidium ; secùs verò , si nullum , & præcedentis fermenti portio sudore , vel diarrhœa , vel aliter fuerit educta .

A colis abdominalibus ad sanguinem sæpiissimè traducitur materia ad paroxysmos promovendos : pathemata abdominalia , quæ in principio paroxysmi se produnt , vomitiones criticæ , & quæ arte sollicitantur , paulò ante accessionem , omnem dirimunt scrupulum .

Major est difficultas in explicanda intermittentium solutione , quæ phlebotomia , & dilutione perficiebatur multoties .

Ritè tamen perpensis omnibus circumstantiis , cum aliqua veritatis specie nodum solvere conabor . Sæpè sæpius afficiebantur illi qui laboribus immodeñis operam navabant . Primus paroxysmus brevior , mitiorque erat ; sed morbo procedente , ingravescebant accessiones . Ex hypothesi ergo prima accessionis conjicere licet , uno

rapeia gerenda sequentibus observationibus non nihil illustratur.

Nobilis virgo 18. annos nata, sanguineo-melancholica novem ab nine annis, nonnullis tendinum subsultus, qui pro variis erratis in sex rebus non naturalibus, & potissimum ingruente periodo menstruali, variè affligebant, obnoxia fuit; intempestivè frigido aëri exposita, motibus convulvis universum corpus oblidicentibus laboravit. Paulò anteà binas tulerat phlebotomias, & invasionis tempore, periodo menstruo valde proximi erat. Patientis medelæ accersitus, non solum extreñorum musculos, verùm etiam oculorum, zygomaticos, nunc unum, interdūm ambos, & masseteres unā cum buccinatoribus irregulariter, & præter voluntatem, validè agitari prospexi; mentis tamen compotem, & febre expertem ægram reperi. Ut tanto malo obviām irem, potionem emmenagogam, & antiepilepticam præscripsi: cæterū à primo cochleari, remedii pertusa patientis, superstiti valedixit. Altero die sanguinis missio ex talo ordinavi; sed cùm ob frequentiores, ac vehementiores strabismos, sardonicus risus, spasmos cynicos, strismosque, varias itupendas gesticulationes ederet, membrorumque subinde gyrationibus horrendis concutetur, adeò ut ab adstantibus absque commiseratione intueri non posset, evenit ut patientis pro obsessa à Dæmone haberetur Parentum judicio, tametsi eos variis mirandorum epilepticorum observationibus dissuadere conarer, & proximè imminentis perfectæ epileptiæ periculum proferrem, adeoque nè momento curationem præpediendam; nihilominùs, ad alterum diem ob Parentum præjudicium protracta sanguinis missio, opem tulit: aqua cerasorum nigrorum spirituosa paucissimis vini guttulis larvata, fuit illi potus succedaneus nondum confectæ ptisanæ ex radice pæoniæ maris justo tempore collectæ: emuls. etiam ex semine pæoniæ cum cor. cer. præsto fuit. Embroche simul ex oleo distillato succini, & aq. Reginæ Ungariæ mira præstitit, præsertim ubi tarsis, & carpis admovebatur; occlus verò manu, vel vinculo dictis artubus fortiter constrictis. Initio verò sex Medicorum consilio, decretum fuit cathar-

catharticis, epilepticis, anodinis, cucurbitulis, & vesiculosi  
latoriis morbo obsisteres idcirco vesperi cucurbitulae cruri-  
bus admotaæ fuere; potio verò præscripta ex pulvere de gut-  
teta, syrupo florum tuniceæ, & laudano liquido cum aqua  
naphæ, & melissæ, ob somnum placidè obrepentem non  
fuit exhibita. Altero die cochlearia quædam confectionis  
ex usitatoribus epilepticis compositæ interdiù sumpsit;  
noctu verò potionem præfatam absque laudano hausit;  
quæ blando sudore ægram multum levavit. In sequenti  
die pulverem Cornachinum sumpsit; qui cum euphorbia al-  
vum solvit. Postridie exhibitis iisdem cochlearibus, eadem  
que potionē, melius habuit. Postmodum pulvis Corna-  
chinus iteratus, blande laxato ventre profuit; & tandem  
continuato confectionis, & potionis usu, convaluit, quin  
per aliquot dies eadem theapeia omitteretur.

Verum enim verò, cùm ob morbi indolem, mensium  
desetum, musculorum pathemata habitualia, & constan-  
tem melancholiæ, recidiva multum foret pertimescenda;  
eapropter liquorem cornu cervi succinati per vices, ptisa-  
namque ex radice paeoniae, & ligni visci quercini pro  
potu ordinario præscribebam usque ad temperatum Ver;  
quo tempore præmisilis universalibus, martialia propinavi,  
& tandem balnea nervina in usum venere.

His omnibus integra valetudine fruens, elapso sesquian-  
no, sacra genitalia tori celebravit, & sana vixit, donec  
exordiente hoc Autumno grava facta, convulsiones de-  
nuò emersere, quæ statuto mensium tempore exacerbab-  
bantur; hinc mittendi sanguinis indicatio; sed unde? Du-  
bium dirimit Zaculus Lusit. qui lib. Med. Princip. Hist. 26.  
gravidas epilepsiam ab utero correptas, sectâ in brachio ve-  
nâ periisse, in talo verò non, asseverat. Cùm igitur non  
ut prima vice dolorem in artibus præsentiret ægra, ab ute-  
ro epilepticam judicavi; proindeque bis detracto ex talo  
sanguine, opem tenuit.

Sed ad primam epilepsiam revertens, adverto toto  
morbi tempore, nec ante, nec post ipsum dolore capitis,  
gravitate, nec sensuum hebetudine patientem laborasse;  
sed ante incrementum in carpis, & tarsis stimulum acrem  
persensisse: maximum mihi dicendi argumentum, non à  
capi-

ves inducias solum.nodo adeptus erat, visceribus tu-  
mentibus, & palido-sublivido faciei colore jam in ca-  
chexiam inciderat: remedium enixe rogavit: vomito-  
rio præmisso, sic præscripti.

Recip. fol. lenn. sine stip. dracm. ii. sal. ve-  
get. & sem contr. ver. à dracm. i. comit. ab-  
synt. summit. cent. min. & chamed. an. p. i.  
cinnam. q. f. inf. tep. in aq. comm. col.  
unc. vi. inde syr. de 5. rad. aper. unc. i. pro  
dosí.

Osties circiter sumpta potionē cum aliquo inter-  
vallo, quia alvus quotidiana exhibitione nimis laxa-  
tur, venter omnino detumuit, floridus in facie color  
apparuit, & quartanæ protrsus evanuere.

## AVTVMNI INDOLES.

**Q**uamquām Autumno morbi acutissimi, atque exi-  
tiales maxima ex parte fiant ( ut Hipp. lib. 3.  
Aph. 9. autumat ) quia tamen pluviarum ubertas, no-  
civa aëris tranquillitate non accidit, quinimò totum  
Majoricense solum scopariis ventis fuit difflatum; idcir-  
co nè minimus quidem epidemicus inter viventiaemicuit.

Nè autem chronologia expetita manca videatur,  
operae pretium me facturum existimavi, quemdam tra-  
stantum feligerem morbum, qui ista constitutione  
aliquoties sub praxi Medica inciderit, & aliundè tali tem-  
pestati proprius sit.

Cum igitur convulsiones Autumno fieri consue-  
verint, ut Hipp. innuit Aph. 22. Sct. 3. eapropter ha-  
rum tractationem obiter aggredior.

Convulsiones, in clonicas, & tonicas distinguere  
oportet. Utut tonicas solo muscularum infarctu à san-  
guine produci possint; ambas tamen nimio spirituum  
ad musculos influxu oriti solent.

Motus muscularis perficitur, quia spiritus quanti-  
tate, & momento sufficienti vesiculas muscularares, in  
quas influunt, implet, tendunt, dilatant: ergo si in-  
fluxus nimius sit, nimia futura contractio; subinde;

que spasmos, seu convulsio tonica, si influxus continuus; clonica vero, seu motus convulsivi, si interruptus.

Utramque, sive cum mentis laesione, sive absque illa, per illitores Medici complures epilepsiam pro libitu nuncuparunt. Hos insequendo, Praeceptorum meorum tertium, propriumque deponam, ne de nomine sit controversia.

Convulsionum causa vel est in encephalo, vel alibi latitat: si primum, idiopathica est; si secundum, sympathica. In illa solo liquidi cerebrosi absque animae nutu ad musculos fluxu vehementiori, musculi contrahentur. Hujus expositione supercedeo ob pralibata in convolutionibus instantum.

In sympathica spiritus à partibus ad cerebrum refluent ob causam partibus hærentem, quæ nervos coartando, premendo, elongando, & distractando, spiritus viam relegere, & ad cerebrum refluere cogit; in quod impingentes, ac secundum reflexionis leges resilientes, in alterum nervum confluunt, sive ad partem, cui nervus iste prospicit, copiosiores devehuntur, majorique vi propelluntur vigente momento refluxus, motu à partibus elasticis cerebri, ubi impingere, denuò auctio; & communis influxus potentiarum adjumento. Coarctantur vero, premuntur, elongantur, & distractuntur nervi ad refluxus sympathicos efficiendos, ob vividiores impressiones, quas dolorificæ, irritantes, & erodentes causæ illis inferunt, vel quando liquida, aut alia corpora in nervorum vicinia hærentia eosdem distendunt.

Hoc sane pacto fiunt spasmi hysteriarum, hypochondriacorum, toxicatorum, primò dentantium, tendinum, nervorumque vulneribus, cholera, vermis in intestinis, & inflammatione in partibus nervosis laborantium.

Motus iste à parte in partem, seu motus spirituum ex reflexione sympathicus, particularem spasmum spissimè producit; universalem vero sine mentis laesione, proindeque absque vera epilepsia, raro parit; fieri tamen interdum potest: quod equidem una cum therapeia

capite idiopathicè contra aliorum Medicorum decisionem; nec ab utero sympatheticè, cùm in regione hypogastrica nulla labes existeret, nec ullius auræ ab hacce regione ascensus perciperetur; sed ab artibus dumtaxat tales convulsiones excitatas fuisse coram cœtu propugnavi; nam ut ut deficientibus menstruis spasmi prodiissent, non ideo uterus pro minera morbi, seu scaturigine causæ accusandus; cum multoties contingat humores in utero deponendos, aliò derivari, utero non inviso, atque insalutatos quod adamussim ostentant cruenti vomitus singulis mensibus apparentes, aliæque vacuationes catameniorum vices gerentes cum omnimoda uteri incolumitate. Quidni igitur in isto casu omnibus ritè perpen'is circumstantiis, non asseverabimus, humores ad uterum devehendos, in dictis articulis fuisse congestos? Ita sanè dolore, vehementique stimulo, harumce partium nervi magnopere succussi, fibras emporii præter modum vibrando, liquidum cerebrosum agitari, validius, copiosius, & irregulariter ad partes propelli necessum fuit; unde tot muscularum invitæ contractions, membranarumque concussions; quibus etiam suum symbolum contulisse censeo spirituum diatheses, variisque eorum reflexiones.

Adolescens studiosus valdè robustus motibus convulsivis per intervalla etiam cruciatus fuit; pluries in die paroxysmus recurrebat; ante insultum sentiebat velut auram è carpis, sed potissimum è tarsis ascendentem; arctâ verò factâ supra scaturiginem ligaturâ, paroxysmus imminens præcavebatur. Sanguine quater educto, purgatione semel celebratâ, & antiepilepticis pluribus exhibitis, adhuc ita concutiebatur, ut stupendo proisùs spectaculo ad umbellam usque lecti elevaretur; hinc fascinationis suspicio; quam fugavi pilulis chatolicis, de ammoniaco Quercet- & Mercurio dulci ad anaticas partes simul, & ter præscriptis: siquidem à prima dosi multùm operante, inultò melius habuit æger; & à tertia desideratum valetudinis opus (delufis Daemoniacorum fucis) Deo auspice, fuit absolutum.

# LAUS DEO.

APENDIX  
HISTORICO.  
PRACTICO,

QUE A LA DISSERTACION XIII.  
FORMA

D. LUIS MONTERO,  
SOCIO CIRUJANO DE NUMERO,  
REFIRIENDO LA OPERACION

DE LITHOTOMIA,  
QUE EN UN MUCHACHO  
DE EDAD DE OCHO AÑOS  
EXECUTÓ

EN EL HOSPITAL  
DE EL ESPIRITU  
SANTO,

LLAMADO VULGARMENTE  
DE CALLE COLCHEROS.



BEDECENDO el superior precepto de mi siempre Regia, y amada Sociedad, pasei à dar noticia de una operacion de Lithotomia, que el dia diez de Octubre de este presente año de mil setecientos y treinta y seis exes cuté en el Hospital de el Espíritu Santo, llamado vulgarmente de Calle Colcheross, en donde executo la plaza de Cirujano, por gracia de el Excelentissimo Señor Don Luis de Salzedo y Azcona, mi Señor.

### HISTORIA.

E L año passado de mil setecientos y treinta y cinco, en el dia doce de Junio se recibió en este Hospital un Muchacho, llamado Miguel de Velasco, natural de Alcalá de Guadaira, hijo de Pedro de Velasco, y de Mariana Cariño, de edad de siete à ocho años, tan flaco, como pobemente vestido, à causa, que sus pobres Padres, con la esterilidad de el año, no podian atenderle, ni aun con el precioso alimento. Fue su accidente no poder orinar con libertad; porque à el salir la orina de el cuello de la vexiga à la Uretra, se detenia, causandole las molestias, que saben los Practicos suceden en estos casos. Procuré sondarlo; y hecha la diligencia, reconoci por el toque, que hizo el instrumento, que à el principio de la Uretra, y fin de el cuello, tenia una piedra; la que à el tacto de los dedos tendria la magnitud de una grande Avellana: procuré empujarla, introduciendo el Index por el Año, y no la pude conseguir sumoverla con el Uncino, y no lo pude lograr: quise quebrantaria, introduciendo la Cánula, y el Terebto, ó Barrera por ella, y no logré cosa alguna, à causa de su grande dureza, y acuminada figura: en este intermedio no se dexaba el uso de los aflojantes externos, y los laxantes interhos asociados con lithontripticos, que interiormente el Medico le administraba.

Viendo, que nada aprovechaba, resolví, que solo la operacion podria remediar este enfermo: el Medico pru-

dente examinò las fuerzas , y hallò , que estas no la permitian : el Enfermo , y sus Padres las resistieron , y tambien yo la temi. Saliose de el Hospital , y anduvo vagueando por algunos parages , en donde estuvo con otros Cirujanos , como assimismo en esta Ciudad ; y unos dijeron no ser piedra ; y otros que si lo era ; pero que no se dexasse hacer operaciones ; porque se quedaria muerto en ella.

El dia nueve de Octubre de este presente año de mil setecientos y treinta y seis volvio á este Hospital el dicho Muchacho con mayor dificultad á el orinar ; pues solo lo ejecutaba en mui poca cantidad , haciendo diligencia , como de estirarse el Pene : acompañaba á esto una grande inflamacion , que ocupaba toda la region del Perineo , el Escroto , y Pene , con amagos de Gangrena : se procurò socorrer con el auxilio de una sangria , y algunos topicos ; pero sin alivio , pues el siguiente dia aparecieron algunas señales de Gangrena. Viendo este amenazado , y temido estrago ya existente , dispuse , con la mayor celeridad que pude , hacer la operacion la que execute de el modo siguiente.

#### *OPERACION , Y LO QUE EN ELLA SE OBSERVÓ.*

**C**omo á las nueve y media de la mañana feria , quando se ejecutò , y fue en este modo: Prevenidos los instrumentos , planchuelas , lechinos , cabezales , vendages , tintura vulnerario-balsamica , y un brassero bien encendido para calentar el ambiente ; y dispuesta la correspondencia de los aires en el mejor modo , que se pudo , haviendosele antes administrado un clyster , y dado un caldo substancial , y por intervalos unas cucharadas de cordial contortante , lo puse en una camilla , que tenia prevenida en una mesa , en la que acostado parecia estar sentado : luego lo vendé , y sujeté , co no se ejecuta en el aparato grande. Esto lo hize asi por dos razones : la primera , porque quando se facan calculos de el cuello de la vexiga , considerando parte de esta piedra estaba en él , se deben poner con el mismo aparato , que quando se facan de la vexiga : la segunda razon , porque siendo un

5  
Muchacho de ocho à nueve años, no me hiziesse algun movimiento, que fuese motivo à poderlo lastimar.

Luego por el sitio, que amenazaba la Gangrena, que fue el lateral siniestro, hize con el Lithotomo una solucion de la magnitud de dos traveses de dedo, evacuò por ella alguna porcion de pus fanofo con bastante fector, procure limpiarlo bien para poder mejor juzgar de el tamaño de la piedra : hecho juicio, que esta era mayor, rompi otro poco, como otro traves de dedo, mitad por la parte superior, y mitad por la inferior ; luego se descubriò la Uretra, vistiendo el calculo ; y haviendo procurado incindirla toda de una vez, no lo pude conseguir, porque con la dureza de la piedra se ofendio el cortante filo de el Lithotomo. Valime, para acabar de hacer la incision, de un Bisturi, y lo conseguí con bastante cuidado, y diligencia, sin perder la linea, aunque la gran extension de la Uretra no daba libertad à el libre uso de los instrumentos.

Hecha la incision, procure impeler la piedra con los dedos, y no lo pude lograr totalmente ; pues solo la removi por el lado siniestro ; valime de la tenaza ; y haviendo hecho alguna compresion, y movido la piedra à la parte superior, è inferior, y à los lados, à el tirar de ella solo logré el que se desmoronaron algunas frustulas, sin poderla sacar : volví à segundar con la tenaza ; y estando esta bien afianzada, en el acto de tirar de ella, en que hallé resistencia, me suspendió la voz de el Muchacho, que me dixo : Què me arranca Usted ! Procure reconocer esta piedra (porque no salia) con los dedos, y hallé, que movida à todas partes, estaba adherente à el lado diestro de la Uretra, y cuello, sin poderla desafir de aquel sitio ; procure quitar esti adhesion, valiendome de un Bisturi, llevando su corte más hacia la piedra, que hacia la Uretra, por ofenderla menos : luego la saqué promptamente, causandome admiracion, y à los que se hallaron presentes, assi su magnitud, com la constancia de el Muchacho en una operacion, que fue algo dilatada.

**L**A magnitud de esta piedra es de tres dedos à el través, su grueso no es igual, por medio tiene la magnitud de un huevo grande de Paloma, y va en diminucion proporcionada à el extremo, que terminaba en la Uretra, remitando en figura romá, haciendo toda ella hacia esta parte la figura de un corazón de pavo; el extremo, que terminaba en el cuello de la vexiga, se extiende à el modo de un cuello de ave de su cuerpo, y tiene el grueso de un dedo Menique en su nacimiento, y algo mas delgado en su extremo, remitando en diminucion en una punta muy delgada; la que yo deshice, viendo si en aquel extremo tenia la misma consistencia, ó solidez, que en el otro. Su figura externa, ó que ocupaba la Peripheria externa, es giba; la interna por el extremo inferior, cava; en el medio de su cuerpo se observa à el lado sinistro de su parte giba una eminencia de el tamaño de un grande altramuz, y de figura redonda, con una rima por donde tenia la adhesion dicha. En la parte Cava inferior tiene otra eminencia mas larga, que redonda, de el tamaño de un grano de trigo; su substancia es varia; su extremo superior es mas sólido, y transparente, y se extiende por la parte superior giba alguna cosa, y por la inferior se extiende algo mas; lo restante no es tan sólido, ni tiene transparencia; su peso es de cinco drachmas, grano mas, ó menos.

#### CURACION QUE SE EXECUTÓ.

**L**uego que se facó la piedra, procuré indagar, si quedó en la parte alguna frustula; ó si havia algo calculoso en la vexiga; y reconocido que no con la fonda, hice desligar à el muchacho, haviendole antes abrigado, y tapado la solucion con un paño caliente, y ponerle en la cama, en donde executé la curacion en el modo siguiente. Procuré agregar, lo mejor que pude, los distantes extremos, assí internos, como externos; y aplique lo primero un lechino con su fiador imbuido en la Tinctura de el Vitriolo calcinado caliente, à li que mezclé, à quattro onzas, una de el baifamo Catholico: luego puse otros dos

lechinos, uno à cada margen, para que las conservassen estrechas, sobre ellos tres planchas de hilas; y sobre todo estos cabezales mojados en la misma Tincura, y su vendaxe en figura de X. Hecho esto se le ligaron las piernas con su vendage, à fin que las conservasse juntas, para estrechar, y comprimir mas, y se colocò sobre un laido, encargando à un Practicante cuidasse se mantuviesse en esta politura, y que con una mano hiciesse compresion en la parte: Untose la circunferencia con aceite rosalado caliente, y se le usaron en la region Hypogastrica paños mojados en la decoccion de la simiente de linos como alimento, que usase dicha agua à pasto, y que el alimento fuese en caldos substancialios i repetidos de quattro à quattro horas, y en el intermedio unas cucharadas de cordial confortante: en el Pene, y Escroto se le usaron paños mojados en el espíritu de vino caryophilado, y caliente. Con este methodo, y el auxilio de una sangria se aflojó la inflamacion, y faltò la calentura, que antes tenia.

El segundo, y tercer dia se tratò con la misma curacion, repetida ésta en algunas ocasiones, para evitar la molestia, y ofensa, que podian causar los orines. A el quarto dia tratò de supurar, ó digerir la llaga: para lo que me vali de el balsamo de Arceo, y parche de el Empastre Divino, con lo que se empezò à digerit, y de hecho en el termino de ocho dias observé, seguit las materias en poca cantidad, y con todas las circunstancias de buena. Luego que passò el dia oncenio, le concedi algun poco de alimento solido: se dexaron de aplicar los paños à el vientre, y la lechinacion en la llaga, usando solo una planchita con la mixtura de el Arceo, y el unguento de Plomo; se le introduxo una Canula, para que teniendo exito por ella la orina, se pueda aglutinar, y unir ó cicatrizar la solucion, ó llaga; la que observe, que el dia de hoy, que estamos en el veinte y uno se va empezando à cicatrizar.

Dos reflexiones se ofrecen en este caso; la primera, la adhesión, que tenía esta piedra, advertencia, que no he leido en alguno de los Practicos; y la segunda, qué fibra, ó fibras fueron las que se extendieron, para hacer esta

8  
